



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

249. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

De his qui Ecclesias deserunt in quibus  
provecti sunt & ad alias transeunt.

*Ex Concilio Niceno.*

CCXLVII. Quicunque temerè & peri-  
culosè , neque timorem Domini præ oculis  
habentes , nec agnoscentes ecclesiasticam re-  
gulam , discedunt ab Ecclesia Presbyteri &  
Diaconi vel quicunque sub regula prorsùs exi-  
stunt , hi nequaquam debent in aliam Eccle-  
siam recipi , sed omnem necessitatem convenit  
illis imponi ut ad suas parrœchias revertantur.  
Quod si non fecerint , oportet eos communio-  
ne privari.

Concil. Nic.

c. 16.

Burchard. lib.

2. c. 98.

De eadem re. *Ex Concilio Chalcedonensi*  
*cap. x.*

CCXLVIII. Non licere Clericum in  
duarum civitatum conscribi simul Ecclesiis ,  
& in qua initio ordinatus est , & ad quam con-  
fugit , quasi ad potiorem , ob inanis gloriæ cu-  
piditatem . hoc autem facientes revocari de-  
bere ad suam Ecclesiam , in qua primitus ordi-  
nati sunt , & ibi tantummodo ministrare .  
[ *Vide Addit. III. Capitular. cap. 50.* ]

Burchard. lib.

2. c. 96.

*Item ex Concilio Antiocheno.*

CCXLIX. Episcopus ab alia parrœchia  
nequaquam migret ad aliam , nec sponte sua  
prorsùs insiliens , nec vi coactus à populis .  
Maneat autem in Ecclesia quam primitus à  
Deo sortitus est , nec inde transmigret .

Concil. An-

tioch. c. 21.

Burchard. lib.

t. c. 73.